

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii
Regii Glaucensis

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AG DOMINO,

DN. JOHANNI
GEORGIO, SAXONIÆ,
JULIÆ, CLIVIÆ ET MONTIUM DUCI:
S. R. Imperii Archimareschallo & Electori, Landgra-
vio Thuringiæ: Marchioni Misniæ, Burggravio Mag-
deburgensi: Comiti de Marca & Ravenspurg: Do-
mino in Ravenstein, &c. Domino suo
clementissimo

DE INITA PACE

CUM

Sacratissimâ Casareâ Majestâte

DIVO FERDINANDO
SECUNDO

Inviçtissimo, Pio, Felici, Inclyto, semper Augusto,
humiliter gratulatur

Serenissima Suae Celsitudinis servus devotus,

SAMUEL NEANDER, REIPUB.
Luccanæ in infer. Lusat. Syndicus.

WITTEBERGÆ,

Ex Officinâ Typographicâ Johannis Haken.

M. DC. XXXV.

LAM

Neand/
rancof.



DM JOHANNI

GEORGIO SACRORUM
S. R. M. A. C. H. B. I. S. T. R. A. T. I. C. A. R. U. M.
V. I. C. E. R. I. A. N. O. S. T. R. A. T. I. C. A. R. U. M.
D. E. C. A. N. O. S. T. R. A. T. I. C. A. R. U. M.

DEINITA PAGE

DIVO FERDINANDO

SECUNDO
Invicissimo, Pio, Felice, Indulgentissimo, Augustissimo

SAMUEL NEANDER, R. P. P. U. B.

Typographus in Halle. Anno 1792.

CM DC LXXXV





Ltera post quinctam trieterida volvitur
æstas,

Inclyta quòd vario *Germania* mota tu-
multu,

Non aperire oculos potuit, nec tollere vultum,
Merfa cruorifluo vesani gurgite belli.

Heu quot mœsta parens mortes, quod damna re-
censet?

Nec strages numerare potis neq; dicere clades.

Heu quoties doluit foedari coede cruentâ,

Inq; sua horrendo sæviri viscera ferro,

Et fratres fratrum cæsos procumbere dextris!

Visa diu nimium patriis considerare in arvis,

Atq; animare viros in prælia tristis Enyo,

Cui jucunda dedit fusus spectacula sanguis.

Visa fuit campis furiarum pessima nostris,

Quæ solet unanimos ferro committere fratres,

Vipereis foecunda dolis, & gnara serendi


Bellorum causas, & semina jacta fovendi,

Luctifica Alecto diris infecta colubris

Classicaq; in flavit rauco sævissima cornu.

Nec cessavit enim, donec traduxit in iras

Injecitq; faces in corda animosq; potentum,



Et capita inter se Regum collisit amica,
Quæ simul ingentem secum traxere ruinam,
Membrorum, passim sine lege modoq; cadentum,
Nec spatium stetit exiguum vel limite clausum;
Verum ultra gelidos vox exaudita triones
Tartarei monstri, populosq; excivit ad arma,
Semotumq; in bella tulit rumoribus orbem,
Vidimus in rigidos falces constarier enses,
Arva situ squalere suis deserta colonis,
Sarcula dum cessant, potioraq; vomere pila,
Magnus habetur honos gladio, sed nullus aratro,
Exhaustæq; suis moerent cultoribus urbes.
Omnibus unus amor sedet atque insania belli,
Ludus & est largos effundere sanguinis imbres,
Vidimus in fratres plusquam civilibus armis
Concurri, melius quævis dirus Turca periret.
Mentibus heu quantum rabiem Cocythia virgo
Ingerit humanis, ratio quam sistere nulla
Cordibus inscriptum nec jus ab origine primam
Noverit, aut coeci cursus inhibere furoris.
Vidimus avulsam complexu sæpè parentum,
Et prædæ sobolem cessisse hostilibus armis,
Æreque vix multo vitam potuisse pacisci.
Effera vis Martis nullo discrimine cunctos

Per-



Perculit, & nulli truculentia sæva pepercit,
 Profuit haut cuiquam lactens impuberis ævi
 Flefculus, haut ulli in senium proclivior ætas.
 Nec quænvam gravitas juvit sanctissima morum.
 Gloria nec vigili studiorum parta labore,
 Non punctis collatus honor concordibus ulli:
 Nec se foeminei est tutata imbellia sexus,
 Cui parci leges & bellica jura jubebant,
 Militis hæc adeò rupisse ferocia visa est.
 Sicut aves vefcas quas textit aranea telas.
 Hinc rapidi rapitur torrentis more modoq;
 In scelus atqve nefas juffit quodcunq; libido
 Cædibus heïc videas miferi ftupra frequenter.
 Vix tutata fuum eft matrona pudica pudorem,
 Aufa pudicitiam nonnulla eft morte pacifci,
 Perdere quæ vitam, quænvam florentibus annis,
 Maluit, in tactæ quæm virginitatis honorem
 Prodere, dem rapidis potius mea ferta fluentis,
 Improba quæm manus hæc contingere militis aufit.
 Dixit: & à medio abforberi gurgite visa eft,
 Signa triumphati prodens manifefta sub undis
 Hostis, & elufæ fraudis victiq; timoris.
 Quot memorem in cineres urbefq; domofq; reda-
 ctas,
 Everfosq; opibus cives & cladibus auctas


Clades, & dominis ablata bonuscula veris,
 Inq; alias migrasse manus & mersa barathro.
 (Ut bello quæsitæ solent foedâq; rapinâ
 Non stabili remanere loco, sed fluxa perire,
 Ut glacies æstu solis divicta liquefcit.)
 Verus at ille lares dominus migrare coactus,
 Jussus & à tergo sua culta relinquere rura,
 Ut qui nuper erat magni possessor acervi,
 Divitiisq; tumescebat subnixus opimis,
 Atque adeò cunctis fortunæ dotibus auctus,
 Nunc ad tergeminam portam cogatur abire
 Cum sacco, & modicum stipis expectare levamen.
 Felix in propriis fuit hic verè ædibus hospes,
 Cui licuit parvas in eis servare latebras
 Immunes a vibus foedantibus omnia tactu,
 Si tamen his etiam non est exire coactus,
 Non manus à sacro abstinuit, non illa profano.
 Quis potuit cristas unius ferre tribuni?
 Sæpè viris caculæ illulit lascivia honestis,
 Qui licet excussos possent ostendere dentes,
 Judice Bardaico tamen hic impunis abibat.
 Hæc & plura illis per tam diuturna coacti
 Tempora ferre sumus callumq; obduximus ægrè.
 Interea *Pietas* incumbens ægra dolori
 Dilaniata comas, & pullo incedit amictu,

Tristis

Tristis & in questus lacrimasq; effusa perennes
 Nec stabilem sortita locum sedemq; quietam,
Justiciam secum comitem afflictissima ducens,
 Quam vix respirare sinit vis improba Martis,
 Ponè sed haud æquis incedunt passibus *artes*,
 Si quâ fortè queant fidâ statione potiri,
 Quâ fixisse pedes & qua subsistere possent.
 Ingeminant questus, luctuq; morantur in uno.
 Audiit innocuæ lamenta ea tristia turbæ,
Saxoniz Princeps, germen pronobile ruta,
Romani Imperii torquens celsissimus ens.
 Tum genibus Pietas affusa ita farier orsa est.
 Maxima Romano - Germani destina coeli,
 Adspice me vultu Princeps excelsæ sereno,
 Quam patior, subeat sortis miseratio acerbæ,
 Vertere iussa solum nec sedem nacta quietam,
 Assere me, laudem sic perpetuabis Avorum,
 Quorum delitui subter felicibus alis.
 Sic ait, & multò voluisset plura: volentem
 Impedière loqui lacrimæ vehementer obortæ,
 Excipit affatu positâ gravitate paterno
 Et lacrimas *Princeps* abstergit ab ore rogantis:
 Solve metum Virgo tandem, & lugubria pone,
 Non me causa tui fugit ô sanctissima luctus!
 Hunc pro te gladium (gladiumq; repentè vibrabat)

Strin-

Tristis



Stringere me memini & pro libertate paternâ,
Nec metuum porro caput objectare periculis,
Certus pro Christi profundere nomine sangven,
Non prius absistam, non indulgebo quieti,
Quàm tu RELIGIO fido potiare receptu,
Hospitium nostrâ tibi sitq; fidele sub umbra.
Pro patriâ iustis nuper pugnavimus armis,
Ponimus hæc hilares fidæ spem Pacis adepti,
Cujus cura mihi, si cuiquam, maxima semper
Extitit à primâ gliscentis origine belli,
Nunc voti tandem summam speramus adeptos,
Jamq; adeò mites cœeunt in foedera dextræ,
Cædibus infectæ modò conspersæq; cruore,
Pacatam ex animo gaudent attingere olivam.
Annuit AUGUSTI SANCTISSIMA FER-
(DINANDI
MAJESTAS, cui vita, salus, diadema perenne,
Ocia grata jubens, & Jani claudere valvas,
Iratos animis coalescere posse Dynastas,
Et priscum positis offensis sumere amorem,
Consilij humani non res est illa putanda.
Rectius ætherio venit adscribenda Monarchæ,
Corda manu qui tota regit moderante Potentum,
Qui firmare potest regna, & pessundare solus.
ET TU RELIGIO soles sentire serenos


Posti

Postideâ potes & tranqvillâ pace fruisçi,
 Dante Deo & foedus nostrum firmante benigno,
 Osculaq; alternis Astræaq; tuq; feretis.
 His dictis tenditq; manum tollitq; jacentem.
 Illa oculos paullum est attollere visa natantes,
 Qvas tibi pollicitis pro tantis dicere grates
 Sustineam, dixit, quæ re firmare laboras,
 Non si jam excutiat cunctas Germania vires,
 Et quocunq; mei penetravit cura locorum
 Hostimenta tibi, *Princeps* persolverit æqua,
 Ipsa tuum firmabo thronum, superosq; faventes
 Non vanâ præstabo fide, felicia secla
 Annuat imperio supremi gratia Regis,
 Cujus propugnas, *Heros fortissime*, honorem.
 Justitia inseqvitur consensu vota favente.
 Consimili dominas studio vultuq; secuta
 Extergent oculis lacrimas; neq; segniter *artes*
 In numerum vinctis dant vota frequentia verbis.
 His etiam jungunt nostræ bona verba Camœnæ
 Quantumvis humiles nimium nec Principe dignæ,
 Tu tamen has etiam elementi respice vultu.
 Exiguæ suprema sibi quoq; ture litari
 Numina dignantur, neq; dedignantur odores.
 Quod spes affulget Pacis jucunda futuræ,



Ocia securis quod dantur publica terris,
Quisq; suâ ut sub vite queat ficuq; manere,
Solpes & immunis sua munia obire periclo,
Munera militiæ & tandem sopita quiescant,
Agricolæ ut fiant, fuerunt quæ militis arma.
Hinc T E Palladium tutamur vindice veræ
Relligionis & auspiciis Concordia tandem
Sancta tuis hostes felici Marte triumphat,
Non cessura loco, quicquid conabitur Orcus,
Hinc sua iudiciis reditura est gloria, priscus
Et postliminio splendor reddetur iisdem,
Spiritus hinc & vita bonas remeabit in artes,
Quæ tantum non extinctæ jacuere per arma,
Hæc demum hæc tanto dignissima Principe cura,
Tranquillâ retinere suos in pace clientes,
Et longè clades arcere & publica damna.
Assere DUX porrò Verbi coelestis honorem,
Et patriam tutare, bonis & legibus arma.
Imperium divina tuum sic gratia firmet;
Sic te fata diu commendent prospera terris,
Par sis AUGUSTO meritis, cumulator annis!
Quicquid concussit rabido Bellona furore,
Justo redde loco, affectoq; medere popello.

Serò



Serò nota dies nostrisq; nepotibus esto
Qvâ coeli cives inter scribere beatos,
Pro T E proq; tuâ sic usq; salute precamur,
Et qvæ Principis ac hominis sunt vota vovemus,

F I N I S.



Serò



1683
In die Principia ac hominis huius vocamus
Pro T. E. prop. in a. h. u. l. d. l. e. p. r. e. c. a. n. t. u. r.
Ox. cor. h. i. e. t. i. n. t. e. r. l. i. b. e. r. e. b. e. a. t. o. r.
Sed nota hic collas: nequid est

F I N I S



Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Cui te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

SPIRITUS Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

BAPTISTAM ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

GEBELI! vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quæis sacra dicta feres.

Sublatisq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,

Cum tuba te rupta tumbâ revocabit ab umbris,

IOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosiâ rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati pramia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

JANE mihi multo n nomine charè! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

93

MO ET POTENTISSIMO
CIP I AG DOMINO,

IOHANNI

IO, SAXONIÆ,

Æ ET MONTIUM DUCI:

mareschallo & Electori, Landgra-
rchioni Misniæ, Burggravio Mag-
iti de Marca & Ravenspurg: Do-
venstein, &c. Domino suo
clementissimo

UNITA PACE

CUM

simâ Cesareâ Majestate

FERDINANDO

SECUNDO

Felici, Inclyto, semper Augusto,
militer gratulatur

ue Celsitudinis servus devotus,

NEANDER, REIPUB.

in infer. Lusat. Syndicus.

WITTEBERGÆ,

ypographicâ Johannis Haken.

. DC. XXXV.